

I. VERSION

Contre Sulla.

Par ce discours prononcé en 79 ou 78 av. J.-C., le consul M. Aemilius Lepidus cherche à soulever le peuple contre Sulla.

Clementia et probitas uostra, Quirites, quibus per ceteras gentis maximi et clari estis, plurimum timoris mihi faciunt aduersus tyrannidem L. Sullae, ne, quae ipsi nefanda aestumatis, ea parum credundo de aliis circumueniamini (praesertim cum illi spes omnis in scelere atque perfidia sit neque se aliter tutum putet quam si peior atque instabilior metu uostro fuerit, quo captis libertatis curam miseria eximat) aut, si prouideritis, in tutandis periculis magis quam in ulciscendo teneamini. Satellites quidem eius, homines maximi nominis, optimis maiorum exemplis, nequeo satis mirari, qui dominationis in uos seruitium suum mercedem dant, et utrumque per iniuriam malunt quam optumo iure liberi agere : praeclara Brutorum atque Aemiliorum et Lutatorum proles, geniti ad ea quae maiores uirtute peperere subuortunda ! Nam quid a Pyrrho, Hannibale Philippoque et Antiocho defensum est aliud quam libertas et suae cuique sedes, neu cui nisi legibus pareremus ? Quae cuncta scaeuos iste Romulus quasi ab externis rapta tenet, non tot exercituum clade neque consulum et aliorum principum quos fortuna belli consumpserat satiat, sed tum crudelior, cum plerosque secundae res in miserationem ex ira uortunt.

Salluste, *Hist.*, I, 55.

II. THÈME

Conseils d'une mère à sa fille¹

Elle faisait souvent à sa fille des peintures de l'amour ; elle lui montrait ce qu'il a d'agréable pour la persuader plus aisément sur ce qu'elle lui en apprenait de dangereux ; elle lui contait le peu de sincérité des hommes, leurs tromperies et leur infidélité, les malheurs domestiques où plongent les engagements et quelle tranquillité suivait la vie d'une honnête femme.

Madame de Lafayette, *La princesse de Clèves*.

¹ Traduire le titre